Ioannis Anto-
NII CAMPANI EPISCOPI
Interamnienſis, De regen-
do Magiſtratu liber
vnicus.

Eiuſdem oratio Cinericia Romæ
dicta.

Hæc opuſcula, quantum ſint vtilitatis allatura, pulchrè declarat Præfatio D. Ioannis Coſterij, qui plurima loca antehac corrupta, nõ infeliciter reſtituit.

LOVANII APVD SERVATIVM
SASSENVM, ANNO M.D.
XLVIII. MENSE
IVLIO.

Clariſſimo or- NATISSIMOQVE viro, D. Ioanni Huetio, Leodienſis curiæ Officiali, F. Ioannes Coſterius S. P. D.

ACCEPI nuperrimè, am-
pliſſime Domine, Ioannis
Campani opera, per doctiſ-
ſimum virum Petrum Nā
nium, Latinæ linguæ pu-
blicum Louanij profeſſorē ad me tranſ
miſſa. Quæ quum auidiſſimè lectitare
cœpiſſem (vt quorum guſtum olim obſ
ter acceperam) omniáque mirificè arride-
rent (nimirum quæ & ingenij magnum
acumen, & decorā vbique grauitatem, atque
inexplicabilē dictionis elegantiam præ
ſe ferrēt) tum illa ipſius De regēdo ma
giſtratu commentatio non potuit non
magnopere delectare. Nam vt de ſermo
nis puritate caſtimoniáque interim nihil

 dicam

Ioannis Anto-
NII CAMPANI
DE REGENDO MA-
giſtratu, ad Franciſcum Lucium, equitem Se nenſem, Prætorē Romanum.

CVM SAEPE in eum ſermonem incideremus, qui eſſet de regēdis magiſtratibus, & rebuſpub. adminiſtrandis, memini Luci chariſſime, q̄ attentè me audires his de rebus non ſimulatè diſputantem, ut ſolent multi, ſed apertè diſſerētem quæ ſentirem. Iungere enim vtilitatem cum honeſtate conabamur, ea complectentes maximè, quæ ex moderationis fonte nata, ad commune commodum ciuitatis, & amplificationem reip. pertinerent. Quibus ipſe quoq; mirum in modum aſſentiebaris, videbaturq; fore, ut ſi quando accederes ad magiſtratum, iturus eſſes quaſi ueſtigiis orationis noſtræ. Nunc verò cum pro ſingulari prudentia, & præcipua integritate tua præturā vrbanam adeptus ſis, crebris nuntijs contendis, explicari tibi literis,

SI STRINGAS, ERVMPIT.
SI LAX ES, ERE PIT.